



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Juno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A honoremquam æstimata. Quare huc forte illud accommodabitur, quod aliore quodam sensu non tenere aures vellicet, à Philodemo, vel, ut alii tradunt, ab epigrammatario Platone dictum nobili disticho:

Μέλον ἴσθ, βάθρον μὲ φιλῶν εἶπε, ἰδὲ ἴσι νύσσας
ἔπειτα σὺ, κἀγὼ ἔγωγε οὐ μαργαριτίζω.

quam sententiam nos jure nostro ita reddidimus:

Pomum ego, quique tibi me dat, te deperit, audin
Flavia, marescam nempe ego, inque etiam.

DE MALO PUNICO. CAP. XXIV.

Mali Punici apud Ægyptios nulla repetri significata: Græcorum nonnulla sunt, sed longe plura quæ in Divinis habentur literis.

POPULOSITAS. CAP. XXV.

ERa vero illud præcipuum ejus mali symbolum, ut populos gentesq; varias uno collegio congregatas significaret. Id ea de causa factum, quod grana illa sua folliculis quibusdam aliquo numero ab aliis segregata, provinciarum veluti limites quosdam præ se ferre videantur, & singula hominum vel collegia, vel nationes potius ab aliis distinguere. Varii enim loculi, cicco quippe suo ditempti, cum granis suis, varias itidem gentes, suis quasq; limibus terminatas, indicant.

JUNO. CAP. XXVI.

Cum vero Juno regnorum præfes haberetur, malum illi Pun. cum dedicarant, quod in ejus ma-
na Mycenis spectabatur, cum sceptrum altera teneret, eo opere quod Polycleti fuisse ferebatur, de quo apud Pausaniam. In Junonis itaq; gratiam reginæ cum sacrificabant, incurvatam ex malo Punico virgulam in capite gestabant, quam à veteribus Inarculum appellari reperias. Sed enim cum sacris contet Carthaginem Punici regni sedem in Junonis tutela fuisse, facile potuit insigne illud et accommodari, quo res ipsa significaretur.

POENI. CAP. XXVII.

Nam in aliis quoq; veterum monumentis animadverti fercula Punicis malis ornata præferri, in eorum celebritatem, qui de Poenis victoriam consecuti essent. Ea Africani ipsam mulhebrici specie apud Pactus Florentiæ vidi, in ejus manu altera, læve quippe, quæ decumbentis molliter capiti sustinendo subiecta est, malum Punicum habetur: in altera scabellum, ad regem sardores indicando. Pro puluillo undæ duæ, utramq; mare significant, Oceanum & Mediterraneum, quorum circa se ambitum ut ostenderet, annulos etiam duos in extremos digitos induxit.

MULTARUM GENTIUM SOCIETAS. CAP. XXVIII.

Punicum malum tintinnabulo adjectum, cujus species apud Hebræos potissimum reperias, ut olim Eucherius, mox Gregorius Pontifex interpretatur, unitatem Ecclesiæ ex multis gentib. in eundem sonum, hoc est, in eadem præcepta conventuum indicat. Sicut enim, ut ille inquit, in malo Punico uno exterius cortice multa interius grana uniantur, sic innumeros sanctæ Ecclesiæ populos unitas fidei contegit, quos intus diversitas meritorum tenet. Quod vero piorum conventus canit, Et cortex mali Punici gena tuâ, & floruit vitis floraverunt mala granata, ut Ambrosius ait, bonum fidei fulgorem, confessionisq; præ tendit, tot Martyrum sanguine pretiosa, & quod est amplius, Christi cruore decorata, simul pluri nos intra se fructus ulu istius pomii sub una munitione servat, & virtutum negotia multa complectatur. Sentit idem Hieronymus, ubi sextodecima Hebræorum casta, Remon Phares dicta, tradit, quod Græci reddidere: Latini, mali Punici dissepimenta Arboris enim hujus fructum granorum numerositate refertum, indicare a just ppi bonnem turbam credentium, in Ecclesiæ uno gremio quasi cortice contentam. Addeamus, id eo magis unitatem hanc in Christianis malo granato convenire, quod pomum id hoc habet præcipuum, ut quot in uno grana sunt, tot in reliquis reperiantur. Nam, ut Africanus ait, parva & magna granata non eo inter se dissident, quod hæc

Rrr

plu-

Malum Punicum Junoni sacrum. Sic. n. Venetiam luna alloquens moenia

Carthagini sua vocat. Hæc lib. 4. Africa figura

Cantic. 6.

Græci reddidere

plu-